*Acta Apostolicae Sedis*, 22 (1930), p. 26.-28.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

SVETA KONGREGACIJA KONCILA

## INSTRUCTIO AD ORDINARIOS DIOECESANOS:

## DE INHONESTO FEMINARUM VESTIENDI MORE

## INSTRUKCIJA BISKUPSKIM ORDINARIJIMA:

## O OBIČAJU NEČEDNOG ODIJEVANJA ŽENA

Vi supremi apostolatus, quo in universa Ecclesia divinitus fungitur, Ssmus Dominus Noster Pius Papa XI verbis et scriptis nunquam destitit illud S. Pauli (I ad Tim., II, 9, 10) inculcare, videlicet: «mulieres in habitu ornato cum verecundia et sobrietate ornantes se, et... quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona».

Ac saepenumero, occasione data, idem Summus Pontifex improbavit acerrimeque damnavit inhonestum vestiendi morem in catholicarum quoque mulierum ac puellarum usum hodie passim inductum, qui non modo femineum decus atque ornamentum graviter offendit, sed nedum in temporalem earumdem feminarum perniciem verum etiam, quod peius est, in sempiternam, itemque in aliorum ruinam miserrime vertit.

Snagom vrhovnog apostolstva, koje u čitavoj Crkvi božanski obavlja, presveti naš gospodin Pio Papa XI., nikada nije prestajao riječima i pismima isticati onu Pavlovu (1 Tim 2, 9-10), da se, naime, »žene u doličnu držanju rese stidljivošću i trijeznošću, i... što dolikuje ženama, koje ispovijedaju bogoljubnost po dobrim djelima«.

I mnogo je puta, kad se za to pružila prilika, isti vrhovni svećenik prekorio i najoštrije osudio običaj nečednog odijevanja, koji se uvukao posvuda, također kod katoličkih žena i djevojaka, a koji ne samo da teško vrijeđa žensku čast i ures, već se okreće ne samo na vremenitu, nego što je još gore, na vječnu propast tih žena, kao i na propast drugih.

Nihil igitur mirum, si Episcopi ceterique locorum Ordinarii, sicut decet ministros Christi, in sua quisque dioecesi pravae huiusmodi licentiae ac procacitati modis omnibus unaque voce obstiterunt, derisiones nonnumquam ac ludibria ob hanc causam sibi a malevolis illata aequo fortique animo tolerantes.

Nije, stoga, čudno da su se biskupi i ostali mjesni ordinariji, kako dolikuje službenicima Kristovim, svatko u svojoj biskupiji, svim sredstvima i jednim glasom suprotstavili ovoj opakoj razuzdanosti i drskosti, nerijetko postojano i čvrsto podnoseći ismijavanja i izrugivanja, koja su im zbog te stvari nanosili zlonamjerni ljudi.

Itaque hoc Sacrum Consilium cleri populique disciplinae provehendae cum eiusmodi Sacrorum Antistitum vigilantiam et actionem merita probatione ac laude prosequatur, tum eosdem vehementer hortatur ut consilia atque incepta opportune inita insistant et alacrius pro viribus urgeant, quoadusque hic pestiferas morbus ex honesta hominum consortione penitus extirpetur.

I stoga ovo Sveto Vijeće, u promicanju discipline svećenstva i puka, s odobrenjem i pohvalom prati budnost i zaslužna djela ovih svetih nadstojnika, kao što ih žarko potiče da ustraju u odlukama i pothvatima, koje su prikladno započeli, i da još življe navale, koliko mogu, sve dok se ova kužna bolest u potpunosti ne iskorijeni iz čestitog ljudskog društva.

Quod ut facilius ac tutius ad effectum deducatur, haec Sacra Congregatio, de mandato Sanctissimi Domini, ea quae sequuntur ad rem statuere decrevit:

Kako bi se to lakše i sigurnije postiglo, ova Sveta Kongregacija, po nalogu presvetoga gospodina, odlučila je odrediti ono što slijedi:

**I.** Parochi praesertim et concionatores, data occasione, secundum illud Apostoli Pauli (II ad Tim., IV, 2) instent, arguant, obsecrent, increpent ut feminae vestes gestent, quae verecundiam sapiant quaeque sint ornamentum et praesidium virtutis; moneantque parentes ne filiae indecoras vestes gestare sinant.

**I.** Neka naročito župnici i propovjednici, kad budu u prigodi, prema onoj Apostola Pavla (2 Tim 4, 2) uvjeravaju, prijete, mole, opominju: da žene nose odjeću koja odiše sramežljivošću, te koja je ures i obrana kreposti; i neka opominju roditelje da ne dopuštaju kćerima da nose nepristojnu odjeću.

**II.** Parentes, memores gravissimae obligationis qua tenentur prolis educationem in primis religiosam et moralem curandi, peculiarem adhibeant diligentiam, ut puellae a primis annis in doctrina christiana solide instituantur atque in earum animo ipsi, verbis et exemplo, amorem virtutum modestiae et castitatis impense foveant; familiam vero, Sacrae Familiae exempla imitati, ita constituere atque gubernare satagant, ut singuli verecundiae amandae atque servandae inter domesticos parietes habeant causam et invitamentum.

**II.** Roditelji, sjećajući se svoje vrlo teške obveze, kojom su se dužni prije svega brinuti za vjerski i moralni odgoj djece, neka posvete posebnu pažnju tome da se djevojke od ranih godina solidno pouče u kršćanskom nauku; i neka sami riječima i primjerom brižljivo njeguju u njihovim dušama ljubav prema krepostima čednosti i čistoće; a neka nastoje tako urediti i upravljati obitelji, slijedeći primjere Svete Obitelji, da svi unutar kućnih zidova imaju povod za ljubav i čuvanje sramežljivosti.

**III.** Parentes iidem filias a publicis exercitationibus et concursibus gymnicis arceant; si vero eisdem filiae interesse cogantur, curent ut vestes adhibeant quae honestatem plene praeseferant; inhonestas vero vestes illas gestare nunquam sinant.

**III.** Neka roditelji isto tako zabrane kćerima pohađanje javnih vježbi i gimnastičkih susreta; a ako su te kćeri prisiljene da u njima sudjeluju, neka se pobrinu da nose odjeću koja se u potpunosti ističe čestitošću; a neka nikada ne dopuste da nose nečednu odjeću.

**IV.** Collegiorum moderatrices et scholarum magistrae modestiae amore puellarum animos ita imbuere enitantur, ut eaedem ad honeste vestiendum efficaciter inducantur.

**IV.** Upraviteljice zavoda i učiteljice u školama neka tako nastoje ispuniti duše djevojaka ljubavlju prema čednosti, da ih učinkovito priviknu čednom odijevanju.

**V.** Eaedem moderatrices ac magistrae puellas, ne ipsarum quidem matribus exceptis, quae vestes minus honestas gestent, in collegia et scholas ne admittant, admissasque, nisi resipiscant dimittant.

**V.** Neka iste upraviteljice i učiteljice, ne primaju u zavode i škole djevojke koje nose nečednu odjeću, ne izuzevši ni njihove majke, a one koje su već primljene, neka otpuste, ako se ne pokaju.

**VI.** Religiosae, iuxta litteras die XXIII. mensis Augusti, a. MDCCCCXXVIII, datas a Sacra Congregatione de Religiosis, in sua collegia, scholas, oratoria, recreatoria puellas ne admittant, admissas ne tolerent, quae christianum vestiendi morem non servent: ipsae vero in alumnis educandis peculiare adhibeant studium, ut in earum animo sancti pudoris et verecundiae christianae amor altas radices agat.

**VI.** Neka redovnice, prema pismu izdanom od Svete kongregacije za redovnike 23. kolovoza 1928., u svoje kolegije, škole, oratorije, rekreatorije ne primaju djevojke koje se ne drže kršćanskog običaja odijevanja, a one koje su već primljene, neka ne toleriraju. A neka same posvete posebnu pozornost da se prilikom odgajanja učenica u njihove duše duboko ukorijeni ljubav prema svetoj stidljivosti i kršćanskoj sramežljivosti.

**VII.** Piae instituantur et foveantur feminarum Associationes, quae consilio, exemplo et opere finem sibi praestituant cohibendi abusus in vestibus gestandis christianae modestiae haud congruentibus et promovendi morum puritatem ac vestiendi honestatem.

**VII.** Neka se ustanove i podupiru pobožna ženska udruženja, koja neka si uzmu za cilj da savjetom, primjerom i djelom suzbijaju zloupotrebe u odijevanju, koje nisu u skladu s kršćanskom čednošću, te da promiču čistoću običaja i čestitost u odijevanju.

**VIII.** In pias Associationes feminarum ne illae admittantur, quae inhonestas vestes induant; admissae vero, si quid postea hac in re peccent et monitae non resipiscant, expellantur.

**VIII.** Neka se u pobožna ženska udruženja ne primaju one koje nose nečednu odjeću; a one koje su već primljene, ako kasnije štogod u ovoj stvari sagriješe i ne pokaju se nakon opomene, neka se izbace.

**IX.** Puellae et mulieres, quae inhonestas vestes induunt, a Sancta Communione et a munere matrinae in sacramentis Baptismi et Confirmationis arceantur, atque, si casus ferat, ab ipso ecclesiae ingressu prohibeantur.

**IX.** Djevojkama i ženama, koje nose nečednu odjeću, neka se uskrati sveta pričest i služba kume u sakramentima krštenja i potvrde, a ako je u nekom slučaju potrebno, neka im se zabrani i sam ulazak u crkvu.

**X.** Cum incidunt per annum festa, quae modestiae christianae inculcandam peculiarem exhibeant opportunitatem, praesertim, vero festa B. M. Virginis, parochi et sacerdotes piarum Unionum et Catholicarum Consociationum moderatores feminas ad christianum vestiendi morem, opportuno sermone revocare atque excitare ne praetermittant. In festo autem Beatae Mariae Virginis sine labe conceptae peculiares preces in omnibus cathedralibus et paroecialibus ecclesiis quovis anno peragantur, habitis, ubi fieri potest, opportunis cohortationibus in sollemni ad populum concione.

**XI.** Consilium dioecesanum a vigilantia, de quo in declaratione Sancti Officii die XXII mensis Martii, a. MDCCCCXVIII data, semel saltem in anno de aptioribus modis ac rationibus ad feminarum modestiae efficaciter consulendum ex professo agat.

Quo vero haec salutaris actio efficaciter et tutior succedat, Episcopi aliique locorum Ordinarii, tertio quoque anno, una simul cum relatione de religiosa institutione, de qua in Litteris Orbem catholicum die XXIX mensis Iunii, a. MDCCCCXXIII Motu proprio datis, etiam de rerum conditione ac statu circa feminarum vestiendi morem deque operibus ad normam huius Instructionis praestitis, hanc Sacram Congregationem certiorem reddant.

**X.** Kad tijekom godine dolaze blagdani, koji pružaju posebnu prigodu za pouku o kršćanskoj čednosti, a naročito blagdani Blažene Djevice Marije, neka župnici i svećenici, koji su upravitelji pobožnih saveza i katoličkih udruženja, ne propuste u prigodnoj propovijedi pozvati i potaknuti žene na kršćanski običaj odijevanja. A na blagdan Blažene Djevice Marije bez grijeha začete, neka se u svim katedralnim i župnim crkvama svake godine mole posebne molitve, održavši, gdje je to moguće, prigodne poticaje u svečanoj propovijedi puku.

**XI.** Biskupijsko vijeće za budnost, o kome se govori u deklaraciji Svetog Oficija izdanoj 22. ožujka 1918., neka barem jednom godišnje po službenoj dužnosti raspravlja o prigodnijim načinima i razlozima za učinkovito rješavanje pitanja ženske čednosti.

A da ova spasonosna akcija učinkovitije i sigurnije uspije, neka biskupi i drugi mjesni ordinariji također treće godine podnesu izvješće ovoj Svetoj Kongregaciji, zajedno s izvješćem o vjerskoj pouci o kome se govori u pismu *Orbem catholicum* danom u obliku motuproprija 29. lipnja 1923., također o stanju stvari i situaciji glede običaja odijevanja žena i o djelima koja su poduzeli prema normama ove Instrukcije.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Concilii, die XII mensis Ianuarii in festo Sacrae Familiae, anno MDCCCCXXX.

Dano u Rimu, u dvoru Svete Kongregacije Koncila, dana 12. mjeseca siječnja, na blagdan Svete Obitelji, godine 1930.

D. CARD. SBARRETTI, Episc. Sabinen, et Mandelen., Praefectus.

D. kard. SBARRETTI, bisk. biskupije Sabina-Poggio Mirteto, prefekt.

Iulius, Ep. Lampsacen., Secretarius.

Julije, biskup lampsački, tajnik.